



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.11. Justiniani obitus. Justinus Imperator.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

gia secuturos. At semper Anastasius viri constantia se opposuit, & misso ad Imperatorem Responso doctissime demonstrabat ex Doctrina Apostolorum & Patrum, Corpus Domini nostri secundum motus naturales & innocentes esse corruptibile. Idem respondit Monachis primæ & secundæ Syriæ, ipsius mentem exquirentibus, confirmavit eosdem in fide, & quid ad eam defendendam afferrent, edocuit. Cum sciret se a Justiniano proscribendum, orationem composuit, qua Populo suo valedicturus erat; eam autem in lucem non edidit, nam fata Imperatorem ex hac vita præripuerunt.

Sæculum VI.
A. C. 566.

c. 41.

§. XI.

Justiniani obitus. Justinus II. Imperator.

Justinianus Imperator anno Regni sui quadragesimo Indictione decima quinta post Consulatum Basilii 25. id est anno 566. 14. Nov. annos octoginta quatuor e vita cessit. Quamvis hujus Principis avaritia animique levitas & inconstantia multum Reipublicæ & Ecclesiæ nocuissent, nihilominus ob rerum maximarum prosperum eventum Illustre Nomen apud posteros nactus est. Græci in suo Menologio Justiniani memoriam secunda die Augusti agunt.

Vit. Tun.
Chr. Marii
Aum. Chr.
Pasch. p. 375

B 4

Justi-

Sæculum VI.
A. C. 566.

Justiniani cura Ecclesiæ ingenti numero per totum Imperium ædificatæ, quas singulatim descriptas Procopii diligentia debemus. In sola urbe Constantinopoli triginta & unam recenset, partim a fundamentis extructas, partim reparatas. Harum omnium celeberrima est S. Sophiæ, quæ in hanc usque diem stat. Idem Scriptor in Asia minore Syria & Palæstina Ecclesias viginti & unam in Africa undecim numerat, nempe universim sexaginta tres. Præterea Hospitia decem & viginti tria Monasteria pleraque in Palæstina refert; Ecclesias, de quibus tantum strictim mentionem facit, aut quas ignoravit, silentio præterimus.

Vit. Tun.
Corip.

Justiniano in Imperio successit Justinus nepos ipsius scilicet Sororis ejus Vigilantiæ filius Curopalates seu Supremus Palatii Magister. Dicitur Justinus junior ut a primo discernatur. Conjux quoque ejus Sophia Imperatrix Theodoræ Neptis fuit. Justinus Imperator a

Evagr. V.
c. 3.

Joanne Patriarcha corona accepta Regnum auspicatus, æs alienum a Justiniano contractum solvit, & Episcopos ab ipso exulare jussos revocavit S. Eutychio

c. 4.

Constantinopolitano excepto. Decretum edidit circa Fidem ad omnes Christianos directum, in quo hortatur, ut ad Ecclesiæ unitatem redeant, Fidem suam

expo-

ponit, & Myſteria Trinitatis & Incarna-
tionis contra Hæreſes tunc graſſantes
ſuſe explicat. Illud Decretum, cum Do-
ctrinam Orthodoxam contineret, omni-
bus Catholicis probatum, at qui ab Ec-
cleſia ſeceſſerant, non redierunt, obten-
dentes, in Decreto claris verbis præcipi,
ut omnia in ſtatu, in quo eſſent, perma-
nerent. Itaque iſtud Decretum nullam
Eccleſiæ attulit utilitatem. *Justinus II.* Justinus quo-
que non nulla Pietatis edidit argumenta,
dum Eccleſias a Juſtiniano extructas, at-
que inter alias magnam Eccleſiam Con-
ſtantinopolitanam; & Eccleſiam Apoſto-
lorum decoravit, iisque Vaſa Sacra & Re-
ditus contulit. Miſſo in Ægyptum Pho-
tino Abbate Belifarii privigno plenam
potestatem fecit Eccleſias pacandi; quip-
pe Theodoſiani & Gajanitæ Alexandria
ſeparatas domos, in quibus conventicu-
la agerent, ædificare cœperant, & præ-
valens Factio Gajanitarum Elpidium Ar-
chidiaconum Episcopum ſibi elegerat.
Is ab Imperatore comprehendit & in Exi-
lium deferri juſſus in itinere vitam po-
ſuit. Theodoſiani clam & noctu Episcopum,
cui Nomen Dorotheus, ſibi ordi-
narunt.

At vero Juſtini mores ab externa illa
Pietate plurimum abhorrebant. *Evagr. V.*
Voluptates, quæ ſanæ rationi maxime repu-
gnant, perditæ ſectabatur, avaritia erat
c. 1.

Sæculum VI. insatiabili, & res omnes, etiam Episcopa-
 A. C. 566. tus, publice vendebat, de cetero in re-
 bus gerendis jam vecors, jam temera-
 rius. Justino erat propinquus, cui etiam
 nomen Justinus, vir bello clarissimus &
 de Republica optime meritus, quocum,
 antequam Imperium fuisset affecutus,
 pactum inierat, illum, cui fortuna Pur-
 puram contulisset, alteri secundum &
 proximum folio gradum concessurum.
 c. 2. Hunc postquam initio Regni amicitiae
 specie fefellit, postea ereptis corporis
 Custodibus, Alexandriam missum in le-
 cto suo interfici jussit. Caput amputatum
 ipso mandante allatum Justinus & Sophia
 Imperatrix gratum oculis eorum specta-
 culum satis contemplati deinde pedibus
 ambo percusserunt. Igitur mirandi lo-
 cus non est, Justinum anno Regni sui pri-
 mo Legem reduxisse a Justiniano abro-
 gatam, qua Marito & Uxori Divortii li-
 bertas concedebatur, atque Incolis Me-
 sopotamiae, Osroenes, & Provinciae ad
 Euphratem sitae, multas pecuniarias ob
 contracta Matrimonia illicita debitas
 condonasse.

Inter Nov.

Just. 140.

Nov. Just. 3.

§. XII.

Concilium Turonense secundum.

In Gallia eodem anno fratrum Regum
 sexto duo Concilia celebrata, unum Tu-
 rone in Regno Chereberti, † & ipso con-
 † Chariberti. sen-